

fol. 109¹ Jaffe nr. 2646.

Ep. V, 608 n. 40

2

Leo quartus Adhrico augusto.

Nos si incompetenter aliquid egimus et in subditis in te-
gis tramitem non conservavimus, vestro ac vestrorum mis-
sorum cuncta volumus emendare iudicio, quoniam si nos qui
aliena debemus corrigere peiora committimus certe non
veritatis discipuli sed quod dolentes dicimus erimus pre
ceteris erroris magistri. Inde magnitudines vestre magnopere
clementiam inploramus, ut tales ad hec que diximus perqui-
renda missos in his partibus dirigatis, qui Deum per om-
nia timeant. et cuncta quemadmodum si vestra presens
fuiisset imperialis gloria diligenter exquirant. et non tan-
tum hec que superius diximus exagitant sed sive mino-
ra sive etiam maiora illis sint de nobis indicata nego-
tia, ita eorum cuncta legitima terminentur examine, qua-
tenus in posterum nihil sit quod ex eis indiscussum vel
indiffinitum remaneat.